

**Anatomia uteri humani gravidi : tabulis illustrata = the anatomy of the human gravid uterus exhibited in figures / auctore Gulielmo Hunter = William Hunter.**

**Contributors**

Hunter, William, 1718-1783.

**Publication/Creation**

London : Printed for the Sydenham society, 1851 (London : Day.)

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ap6us7er>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

HUNTER'S  
GRAVID UTERUS.



SYDENHAM  
SOCIETY  
1851.





### NOTICE TO MEMBERS.

THE present Volume, consisting of 34 folio plates with descriptive letter-press, is issued to the Members of the Sydenham Society in lieu of the second and third volumes, which would otherwise have been issued for the current year.

The original edition of these magnificent plates, executed by artists of the highest eminence, at a very great cost, was an unique work; nothing of the kind having been previously done. Nor has any work on the same subject, at all approaching to this in beauty and excellency, appeared since. The Council having obtained possession of the Copper Plates, have been enabled to produce fac-similes of the original impressions, and thus to present to each Member a copy of a work, till recently, from its cost and scarcity, beyond the reach of most persons, and which it will not hereafter be possible to obtain, except through the medium of the Society.

It was originally intended to issue these plates in two fasciculi; for it will be at once apparent that a work like the present could not be reproduced, except at such a cost as would have precluded the Council from issuing it entire, as one of their ordinary books. Upon further consideration, however, it was deemed better to defer the issue of other works, and devote such a portion of the year's income to the present volume as should enable the Council to issue it, at once, in a complete form. This has been done, in the confident belief that the Subscribers generally will gladly receive such a volume, in the place of two ordinary volumes; whilst to those Provincial Members especially, who are actively engaged in an important branch of medical practice, such a work cannot fail to be considered as an invaluable boon.







Hunterian Society



80  
10  
Pms

THE

# SYDENHAM SOCIETY

INSTITUTED

MDCCCLIII.



LONDON

MDCCCLII.

THE NEW YORK

ST. DENIS SOCIETY

OF THE

ST. DENIS SOCIETY

OF THE

ST. DENIS SOCIETY

ANATOMIA  
**UTERI HUMANI GRAVIDI**  
TABULIS ILLUSTRATA,

AUCTORE

**GULIELMO HUNTER,**

SERENISSIMÆ REGINÆ CHARLOTTÆ MEDICO EXTRAORDINARIO, IN ACADEMIA REGALI ANATOMIÆ  
PROFESSORE, ET SOCIETATUM REGIÆ ET ANTIQUARIÆ SOCIO.

---

THE ANATOMY  
OF THE  
**HUMAN GRAVID UTERUS**  
EXHIBITED IN FIGURES,

BY

**WILLIAM HUNTER,**

PHYSICIAN EXTRAORDINARY TO THE QUEEN, PROFESSOR OF ANATOMY IN THE ROYAL ACADEMY, AND  
FELLOW OF THE ROYAL AND ANTIQUARIAN SOCIETIES.

---

LONDON:  
PRINTED FOR THE SYDENHAM SOCIETY.

1851.



ANATOMY

UTERI HUMANI GRAVIDI

TABULIS ILLUSTRATA

ANATOMIA

GIUSEPPE HUNTER

ANATOMIA UTERI HUMANI GRAVIDI, TABULIS ILLUSTRATA, A GIUSEPPE HUNTER, ANATOMIAE PROFESSORE IN UNIVERSITATE PAVENSIS, ET ALEXANDRO HUNTER, ANATOMIAE PROFESSORE IN UNIVERSITATE EDIMBURGENSIS, COMPOSITA.

THE ANATOMY

LONDON: PRINTED BY DAY AND SON,

Engravers to the Queen,

17 GATE ST. LINCOLN'S-INN-FIELDS.

HUMAN GRAVID UTERUS

EXHIBITED IN FIGURES,

WILLIAM HUNTER

ANATOMIA UTERI HUMANI GRAVIDI, TABULIS ILLUSTRATA, A GIUSEPPE HUNTER, ANATOMIAE PROFESSORE IN UNIVERSITATE PAVENSIS, ET ALEXANDRO HUNTER, ANATOMIAE PROFESSORE IN UNIVERSITATE EDIMBURGENSIS, COMPOSITA.

ANATOMIA

UTERI HUMANI GRAVIDI

1831

## PROŒMIUM.

Quos omnes fere homines, in studiis scientiarum versati, diu multumque desiderarunt, linguam scilicet per universum terrarum orbem cognitam atque perceptam, id nobis ex parte aliqua suppediat tabularum aenearum sculptura, ad veras rerum formas exhibendas adprimum accommodata. Insuper hujusce artificii ea est utilitas, ut in naturae explicatione saepe numero plus valeat quam quævis verborum copia, aut vis dicendi. Quodcumque enim oculo fidei inde subicitur (speciet modo aliquis argumenti haud ignarus) animo confestim arripitur, memorisque alte impressum haud prorsus excidit. Lentior sermonis mora, et vis hebetior.

Proinde ex quo tempore hoc artificium usibus hominum communiter inservit, via brevior faciliorque patefacta est ad inventa quolibet tum divulganda, tum conservanda; et rerum simul naturalium cognitio, ab exiguis profecta initiis, paulatim eo usque increvit, ut seculi hujusce, omnium crassissimi, summum fere ornamentum jam tandem extiterit.

Ceterarum artium incrementa, æquis saltem passibus, comitata est anatomia. Etiam non pauci recentiorum, viri excellentis ingenii atque judicii, labore plurimo, nec minori solertia, corporis humani tum fabricam tum reconditam pervestigarunt. Ex his plurimi artem hanc graphicam ancillam sibi adhibuerunt; præcipue inde repertis suis feliciter illustrata, effecerunt, ut ars anatomica, hominum generi, si qua alia, utilis et fructuosa, intellectui simul facili fieret, simul culta jucundior.

Restabat tamen pars una humani corporis, eaque sive structure sive perelegantis, sive numeris effluente ratione, primas tenens, a discipline hujus professoribus non satis explorata. Restabat scilicet uterus humanus. Abiit vero, ut viris hinc egregiis vitio datur, quod res quasi neglectam habuerint, cujus penitus perspicenda copia rara est et infrequens. Paucissimi enim contigerit necesse est, ut tot cadavera secernerent, quot ad conditionem uteri gravidæ, variis temporibus variam, pervestigandum, nedum demonstrandum, sufficerent. De aliis itaque silentium, ule laudare nefas. Quod ad auctorem attinet, anno ille primus MDCCCLII. felici usus est occasione id in humano corpore explorandi, quod in brutis jam olim quæsierat. Mulier quædam, graviditatis suæ mensibus prope exactis, repentinam obiit mortem. Cadaver, adhuc integrum, cultro subiectum est. Operi favit tempestas. Cera, vasis rite injecta, voto respondit. Repertus est pector, vir ille in suo genere adprimum solers. Partes singule, multis coram adstantibus, exploratæ sunt atque excussæ, ut cunctis rei veritas firma satis auctoritate conspiciari posset atque stabiliri.

Sub his auspiciis, aliquot mensium spatio decurso, decem primæ tabule perfecte delineatæ fuerunt; partes ipsæ identidem publice expositæ; et ea quæ de singulis animadversa fuerant se notata, palam dicta. Auctoris inde animum subit, se rem discipline hujusce fautoribus haud ingratis facturum, si historiam uteri gravidæ anatomicam eleret, his decem tabulis illustratam. Consilium placuit. Opus in manus artificum, maxima laude florentium, traditum est; et pecunia collatitia a plurimis pro more representata.

Alterum interea cadaver in manus incidit, quod quidem, cœli hec tempestas minus jam anatomie amica esset, haud nullo in pretio habendum fuit; quandoquidem huic acceptæ referuntur figure aliquot, ab hoc instituto haud alienæ, dignæque adeo visu, quæ operi, supplementi loco, adjucecerunt. Dum autem super his operam navabat sculptor, ex tertio cadaver quam opportune! Etiam illud non modo quædam, prius obscura, luci dedit, sed novis etiam figuris illustrandis materiam aptissimam subministravit.

Cum auctor huic se accingebat negotio, animo destinavit decem tabulas, modo dictas, in locum proferre, jactum quasi aliquod fundamentum, cui alia plura, de hac parte anatomie, postea adjuvare ac superstruere sperabat, si quando per eorum ipsi liceret hanc rem altius investigare. Jam vero majores quædam animo complecti, et etiam sepe fore assens est, fore ut opus aliquod exornare posset, quod ad perfectionem absolutionemque propriam perveniret. Previdit enim, in hac urbe, tanta hominum multitudine referta, annorum aliquot spatio, occasionem omnia ea quæ ad gravidæ uterum pertinent, observandi viro, hoc agenti, haud fortasse defuturam; unde sibi facultas dari posset aliquod quasi systema condere, varisque illas mutationes, singulis graviditatis mensibus proprias, figuris exprimere. Ejusmodi fere est hoc opus; quod, longo tempore promissum, tandem aliquando in medium prodit. Ut id sane ad exitum perducere posset, moras trahere necesse fuit, præter opinionem ducturnas. Quoties autem auctor secus reparat has moras operi minime infructuosas fuisse, abunde sentit, quo se consoletur.

Quod autem hoc argumentum illustrandi uni alicui mortali tam pulchra occasio toties obtigerit, in causa fuerunt tum vari casus, tum amicorum multorum gratissima subsidia. Tabularum harum ultima e manu artificis vix exresserat, cum datum fuit delineare embryonem mole minorem, quam quem antea vidisse auctori unquam contigerat; et haud ita pridem conceptus in tuba fallopiæ, res hanc animadversione egregie digna, figurarum numerum adauxit. Hæc figure, et si qua alia, ejusdem argumenti, occurrerunt, vel in tabula his adjicienda, vel cum uteri gravidæ descriptione anatomica, quam auctor secum meditatur, data occasione, in publicum aliquando proferentur. Hactenus quidem ipsi id otii non concessum est, quod ad hanc operis partem absolvendam esset satis. Quod si casu aliquo improvise impeditus fuerit, quo minus id, quod cupiat, possit exsequi, persuasum sibi habet, haud defuturum aliquem, huic muneri obsecro parem. Multi enim sunt, qui auctorem de his rebus publice disserterent saepe saepe audierint; multi quoque ille opinionis ac sententiae suæ participes fecerit.

Figurarum fere anatomicarum duplex est et diversa ratio. Ab altera simplex rei imago, qualis oculo visa est, talis delineatur. Altera, una cum visis, etiam excogitata exhibet; nec tam ad oculum artificis, quam ad ingenium memoriarum accommodatur. Prioris generis exempla apud Bidloo extant; posterioris apud Eustachium.

Fieri non potest, quin figura ista, quæ fit ex fidei naturæ imitatione, et ex rei unius contemplatione exascitur, in quibusdam saepe partibus indistincta aut minus perfecta esse videatur. Altera autem, ex ingenio nata, quæ autem non fit, nisi per laborem, et observationem et experientiam multiplicem, id uno intuitu videri exhibet, quod fortasse non nisi ex rerum varietate colligendum fuerat. Porro hæc est ea, quæ et meliorem ordinem, et compendium facilius, et majorem perspicacitatem admittit. Alteram quidem contemplans oculus, elegantia ac concinnitate naturæ oblectatur: in altera, geometrici ejusdem diagrammatis, accurati quidem exactique, sed nulli, sed inornati similitudinem agnoscit. Illa rem quilibet spectatori, tanquam presentem, subicit, et dat percipere: hæc tantummodo describitur vice fungitur, remque delineatam in animi conspectu ponit. Prior autem posteriori in hoc prestat maxime, quod ea, quæ revera visa sunt, exhibens, speciem quandam veritatis præ se fert; et fit propemodum æque nocua fallere, ac illud ipsum quod assimilatur.

## PREFACE.

THE art of engraving supplies us, upon many occasions, with what has been the great desideratum of the lovers of science, an universal language. Nay, it conveys clearer ideas of most natural objects than words can express; makes stronger impressions upon the mind; and to every person conversant with the subject gives an immediate comprehension of what it represents.

From the time when this art came more generally into use, it has been much more easy both to communicate and to preserve discoveries and improvements; and natural knowledge has been gradually rising, till it is at length become the distinguishing characteristic of the most enlightened age of the world.

Anatomy has, at least, kept pace in improvement with the other branches of natural knowledge. Many of the moderns, through much labour and patience, as well as ingenuity and judgment, have thrown considerable lights upon the structure and operations of the human body; and they have, particularly by engravings, made the study of that art, in which humanity is so much interested, both more easy and pleasant. Most of the principal parts of anatomy have, in this manner, been successfully illustrated.

One part, however, and that the most curious, and certainly not the least important of all, the pregnant womb, had not been treated by anatomists with proportionable success. Let it not, however, be objected to them, that they neglected what in fact it was rarely in their power to cultivate. Few or none of the anatomists had met with a sufficient number of subjects, either for investigating or for demonstrating the principal circumstances of utero-gestation in the human species. But let what cannot be praised in others be passed over in silence. With respect to the present undertaking, in the year 1751 the author met with the first favourable opportunity of examining, in the human species, what before he had been studying in brutes. A woman died suddenly, when very near the end of her pregnancy; the body was procured before any sensible putrefaction had begun; the season of the year was favourable to dissection; the injection of the blood-vessels proved successful; a very able painter in this way was found; every part was examined in the most public manner, and the truth was thereby well authenticated.

In the course of some months, the drawings of the first ten plates were finished, and from time to time the subject was publicly exhibited, with such remarks as had occurred in the examination of the several parts. Many lovers of this study approved of the author's proposal to publish the anatomy of the gravid uterus, illustrated by those ten plates: the work was immediately put into the hands of our best artists, and subscriptions were received.

In the meantime a second subject was procured; which, though the weather happened to be very unfavourable, afforded a few supplemental figures, of importance enough to be taken into the work. And before the engravings were finished a third subject occurred very opportunely, which cleared up some difficulties, and furnished some useful additional figures.

The original plan having been only to publish the first ten plates, as a groundwork for further improvements in this branch of anatomy, to be added whenever good opportunities should be offered, the author now began to entertain hopes of being able to give a much more complete work. He foresaw that, in the course of some years, by diligence he might procure in this great city so many opportunities of studying the gravid uterus, as to be enabled to make up a tolerable system; and to exhibit, by figures, all the principal changes that happen in the nine months of utero-gestation. Such is the work which, at length, is offered to the public. The execution of it has indeed taken up more time than what was at first expected; but it gives the author no small satisfaction to reflect, that the delay of publication has contributed not a little to the value of the work.

That one person should have had so many opportunities of illustrating this subject, has been owing to fortunate circumstances, as well as to the assistance of many friends. Even since the last plate was finished, he had an opportunity of making a drawing of a younger embryo than he had before seen; and he has likewise made some figures from a very curious case, which he lately met with, namely, a conception in the fallopiæ tube. These, and whatever may hereafter occur, he will offer to the public upon some future occasion; probably in the way of a supplemental plate, or with the anatomical description of the gravid uterus, which he proposes to publish at full length. He has not hitherto had leisure to finish that part of the work. But if he should be prevented from doing it, by any unforeseen accident, it will be in the power of many gentlemen of the profession to do it for him, as he has constantly explained his observations on this subject in his public lectures.

Anatomical figures are made in two very different ways; one is the simple portrait, in which the object is represented exactly as it was seen; the other is a representation of the object under such circumstances as were not actually seen, but conceived in the imagination. Bidloo has given us specimens of the first kind; Eustachius of the latter.

That figure which is a close representation of nature, and which is finished from a view of one subject, will often be, unavoidably, somewhat indistinct or defective in some parts: the other, being a figure of fancy, made up perhaps from a variety of studies after nature, may exhibit in one view what could only be seen in several objects; and it admits of a better arrangement, of abridgement, and of greater precision. The one may have the elegance and harmony of the natural object; the other has commonly the hardness of a geometrical diagram; the one shows the object, or gives perception; the other only describes, or gives an idea of it. A very essential advantage of the first is, that as it represents what was actually seen, it carries the mark of truth, and becomes almost as infallible as the object itself.



De hoc opere, quod nature ipsius specimen proponit, alii fortasse aliud iudicium ferent. Nisi enim auctorem fallat vana spes sua atque opinio, multi sunt apud quos ille nec consuetudinem operum inuenerit, nec in sepe erogasse pecuniam; apud quos scilicet figurarum magnitudo, elegantia, ac varietas aliqua in laude ponitur. Contra, non deerunt, quibus magna pars sumptus supervacanea omnino atque infructuosa fuisse videbitur. Contentent scilicet opera huiusmodi contracta fuisse; si sculptura manu minus delicta fuisse elaborata; si aliquot etiam figure, utpote aliis non abimiles, cernere emiserit.

Cum autem figure, de quibus agitur, ea mente atque consilio fingi soleant, ut ab illis, quantum fieri potest, explicetur tam vera natura partium (nempe earum habitudo et structura) quam forma externa, positura, ac nexus; magnitudo illis aliqua concedatur necesse est; aliter enim partes, ut aiunt, *componentes* haud satis distincte delineari possunt. Quod si magnitudo rei propria sculpture quodammodo apta sit ac conveniens, ea ipsa, utpote que observari dignissima est, haud dubio eligenda est percipienda. His de causis figure omnes, quotquot hic proferuntur, ad justam naturae modum perfecte sunt, paucis tantum excerptis, quae in formam naturalem angustiorum coguntur, necnon una atque altera ex rebus minutissimis, quas auctor ideo amplexandis curavit.

Idem etiam de canis constat huiusmodi figuris debere accuratorem quandam atque elegantiam. Profecto in pictura saepe fit, ut oculi levissima admiratione oblectentur; maxime ubi vel ipsam tabule argumentum adeo pervulgatum est, ut vis imaginandi facile excutitur, id, quodcumque defuerit, statim adimpletur (sicuti in in tabulis, ubi hominum effigies, aut aliae res, pariter nota, exhibentur) vel ubi partes rerum minutiores aciem pene oculorum fugiunt, ut ea in tabula photographica, quae, propter distantiam suam, parum cernuntur. Sed in anatomia, ut et in rei naturalis historia, argumentum tabulae spectatori vel omnino esse incognitum ponitur, vel non satis exploratum; partesque minime, pariter cum majoribus, studium diligentiamque requirunt. Operam quidem dare, ut summa arte elaborarentur, ea figurarum partes, per quas nihil, aut parum exprimitur, nisi quod prius sit expressum, hominis esset vehementer et opera sua et pecunia absentia. Harum igitur figurarum pars maxima ultra mediocritatem perfecta est; aliquot summa excolitione atque artificio ornata; leviora, vel ea quae prius fuerant aliqua ex parte illustrata, leviter tacta; ac vero quae secunda vice proferuntur, lineis fere exterioribus adumbrata.

Cuiuslibet homini, cui iudicium sit paulo severius, in proclivi erit id animi vitio dare, quod opus hoc haud satis iusto ordine processerit, nec formam pressam satis atque concinnam induit. Quod si ille difficultates, quotquot auctorem circumvenierint, contemplatione fuerit complexus, conamina haec, qualescumque sint, animo magis aequo excipiet. In pluribus aliis operibus, ad rem anatomicam quae spectant, veniam sibi haud facile impetrat vel defectus aliqua ex parte, vel materies confuse permixtaeque disposita. Quis enim, si modo laborem pati decesserit, primum quidem exercitatione et experientia intimam argumenti sui cognitionem adipisci poterit; deinde autem opera ejusdem, perfecti undique omnibusque numeris absoluti, formam atque imaginem animo effigere; et denique ex variorum cadaverum contemplatione rem institutam pro arbitrio suo ad exitum perducere.

Humani autem corporis uterum gravidum otiose secare paucis datum est. Pauci sunt, quibus, in omni vite spatio, nisi semel, aut etiam fortassis iterum hoc fuerit indultum. Penam quidem talem occasionem, faustam omnino atque felicem, cultori cuiquam anatomiae esse oblatam; necesse est ut continuo et sine mora de ratione ille instituti fixum aliquod certumque destinaret; et uno eodemque tempore duo consilia, inter se non bene convenientia, prosequatur. Primum enim, ut ipse rem penitus perspectam habeat, cadaver sua manus secet necesse est; ita tamen instituta est investigatio, ut artificii simul adstanti, praecipuas partes commode delineandi plena sit copia. Proinde vix fieri potest, quin consilium, optime susceptum, immutari oporteat, variisque rebus accommodari quae de improvviso et praeter expectationem possint occurrere. Ut autem id rite perfici possit, opus est longi temporis mora; partes interea aeri externo, inter pingendum, expositae plurimum detrimenti capient; praecipue si vir talis negotio obeundo praesentis cui curae est, ne facti quidpiam, aut ex memoria deponant, ipsi rei veritati inducatur, et ut nihil ibi locum habeat, nisi quod ex nature ipsius observatione, re alia nulla intercedente, acceptum fuerit.

Si auctor tot opportunitates, hanc ornandi provinciam, sibi prospexisset futuras, quot ipsi bona sua fortuna indulserit, figuris ille quidem aliquas emendatiores reddere potuisset; alias alius modis accommodare, et ita earum seriem in minorem numerum coecere. Figuram quidem nonnullas, jam delineatas, duasque tabulas, a sculptore proventus perfectas, apud se prudens detinuit; ne operis scilicet moles atque impendium plus aequo increverent. Et profecto plures, eadem ratione inductus, detinuisse, nisi ipse mentem subisset, longum fortasse fore tempus, priusquam ali-quod figurarum systema, hoc suo minus imperfectum, in lucem sit exiturum. Potius igitur duxit culpas in periculum incurere, eo quod rem nimis copiose, quam quod parcius ac negligenter tractaverit.

Operi, nimis iuxta magnitudinis nimisque sumptus, internam fortis anatomiam adhibere, supervacaneum fore visum est; praesertim cum alii isto munere sunt functi; et cuiuslibet, id qui de integro meditatur, haec omnia cognoscendi atque tractandi haud facile defutura est occasio.

In artem typographicam sumptus, major solito factus est, non quidem solam ob elegantiam, qua opera celeberrimi artificis JOHANNIS BASKERVILLE ornantur omnia; sed praecipue charta, qua ille utitur, atramentumque ratione habita. Talis est enim chartae huiusmodi levior, atramentumque tam cito arecit, ut folia, literis licet plenissima, tabulae cuiusque interpositae nitores integrum atque illesum conservata sint.

Ad summam, si auctori ea laus foret concessa, quod, in hac primaria parte humani corporis illustranda, neque opere suo, neque impensarum, neque temporis rationem habuerit, voti sane fit compos, nec aliud gratiae sibi apponi postulat. Harum autem laudum in partem plurimum merito suo evocandus est frater auctoris solertissimus JOHANNES HUNTER; nam in plurimis cadaveribus secundis partem ille laborem sustinuit; ejus quidem viri acumen et diligentia in huiusmodi pervertigationibus adeo omnium verissime celebrantur, ut de illo si silectur adhibere, operis ipsius pretio atque estimationi parum esset consultum. Artificibus etiam singulis, quorum ingenii atque industriae monumenta hic extant, gratias agit quas habet maximas; praeter ceteros autem viro optimo ac peritissimo artifice ROBERTO STRANGE, non modo quod in manu sua tabularum harum duas tanquam eternitati consecravit, sed etiam quod, ab incepto operis usque ad exitum, auctorem amicicia stabilis atque incorrupta dignatus, vel consilium vel auxilium expetenti haud unquam defuit.

With regard to this work, which is a faithful representation of what was actually seen, the judgment of the public will probably be divided. Many will approve of the labour and expense which will be bestowed upon it, and commend the largeness, elegance, and variety of the figures. Others will think that a great part of the expense might have been spared, and the work thereby rendered of more general use, if the figures had been made to a smaller scale, if the engraving had been less finished, and if some of the figures which are very similar to others had been omitted.

Anatomical figures being intended to show, as much as possible, the true nature, that is, the peculiar habit and composition of parts, as well as the outward form, situation, and connexion of them, should certainly be large; otherwise the smaller component parts cannot be distinctly represented; and if the natural size of the object be tolerably fit for an engraving, that must be of all others the very best, as it has the advantage of showing such an important circumstance. Upon these considerations, all the figures in this work were made of the natural size, except a few which were reduced in size, and one or two of minute objects, which, on that account, were magnified.

For the reason already given, it should seem obvious that anatomical figures ought to be likewise well finished. In many subjects of painting, indeed, the slight manner of producing an effect, without labour, is very agreeable; particularly when, either the subject is so well known, that a mere hint is enough to the imagination, which easily supplies all that is wanting; as, in designs where human figures and other well-known objects are introduced; or, when the smaller parts of objects are not to be seen distinctly, as the objects, especially the more distant ones, in a landscape. But in anatomy, as in natural history, the subject is supposed to be new, or only imperfectly known; and the smaller parts are to be studied with care, as well as the larger masses. In those parts of anatomical figures, indeed, which are mere repetitions, or nearly so, the labour and expense of finishing may well be saved. Accordingly, in this work the greater part is tolerably well finished; some very highly and delicately; matters of less moment, or approaching to repetitions, are executed in a slight manner; and what is merely a repetition, is commonly put down in bare outlines.

Any judicious person who examines this work with care, will naturally think that the plan might have been more regular and more compact; but it is presumed that he will be less dissatisfied with the author's best endeavours, when he shall consider the difficulties which lie in the way, and render the subject almost unmanageable. In many other works of anatomy, imperfections, and particularly a want of method, are not readily excused. For, if the author will but take the pains, he may first of all make himself master of his subject by repeated dissections and experiments; he may, at his leisure, lay down a studied plan for a complete and regular work; and with his own convenience he may execute his plan from a variety of dead bodies.

But opportunities of dissecting the human pregnant uterus at leisure very rarely occur. Indeed, to most anatomists, if they have happened at all, it has been but once or twice in their whole lives. Upon such occasions, therefore, even when attended with the most favourable circumstances, the anatomist must fix upon a plan, without loss of time, and at once carry on two schemes which are hardly compatible; that is to say, he must dissect for his own information, in the first place, and yet conduct the inquiry so as to have good drawings made of the principal appearances; and it is more than probable that he must alter any plan that he might have proposed, and adapt it to a variety of circumstances in the subject that could not be foreseen; and much time must be lost, and the parts must be considerably injured by long exposure to the air before the painter; especially if the work be conducted by an anatomist who will not allow the artist to paint from memory or imagination, but only from immediate observation.

If the author could have foreseen the numerous opportunities which have fallen to his share, he might have easily improved some of the figures; and by adapting them better to one another, he might have completed the series in a smaller number. He has actually kept back several drawings which had been made, and two plates which had been engraved, that the work might not be overcharged; and would have withheld more, for that reason, if he had not thought that it would probably be long before a more perfect system of figures would be offered to the public. This consideration induced him to risk the being censured rather for having done too much than too little.

In a work which was already become too large and expensive, it was thought proper to omit the internal anatomy of the child, especially as that part has been executed by others, and opportunities of studying it may be easily procured.

The additional expense of Mr. BASKERVILLE's art was not incurred for the sake of elegance alone, but principally for the advantage of his paper and ink, which render a leaf of his presswork an excellent preservative of the plates between which it is placed.

If it be allowed that the author has spared neither labour, nor time, nor expense, in improving an important part of anatomy, this is all the merit which he can claim. In most of the dissections he was assisted by his brother, Mr. JOHN HUNTER, whose accuracy in anatomical researches is so well known, that to omit this opportunity of thanking him for that assistance would be, in some measure, to disregard the future reputation of the work itself. He owes likewise much to the ingenious artists who made the drawings and engravings; and particularly to Mr. STRANGE, not only for having by his hand secured a sort of immortality to two of the plates, but for having given his advice and assistance in every part with a steady and disinterested friendship.



# DESCRIPTION OF PLATES.

## TABULA I.

Decem priores tabule mulierem exhibent, nono fere graviditatis mense exente, ann. 1750, subita morte extinctam. Arteriae a venis, cera diversi coloris injecta, distincte erant. In hac prima, contenta abdominis, integumentis decussatim incisa et reflexa, sub conspectum veniunt. Resumptum est activi situ cadaver, ut superior trunci pars haud paulo esset elatior, et viscera inde abdominis clarius contemplantur obicerentur.

Femora et podenda, utpote partes externae, eam, quam ceterae, notationem non desiderant. Podenda vero, in hoc cadavere, ut ex figura concipi potest, aqua inter cutem intumuerunt.

- AA* Pars anterior thoracis infra mammae, qua truncus erat transverse discissus, figuram a parte superiori terminans.
- BB* Integumentis, musculis, et peritoneo decussatim incisis, eorum anguli duo superiores in marginem thoracis cartilagineum reflexi.
- CC* Eorundem anguli duo inferiores, in inguen, femur, et ossis ilium spinam anteriorem, utrinque reclinati. In angulis illis, ad marginem inferiorem medio femori oppositum, observare licet partem rugosam et tensem, qua filum adhibitum fuit, ea mente, ut, angulo detracto, uterus et partes vicinæ manifestius apparerent.
- D* Incisionis longitudinalis, ad scrobiculum cordis a mucrone cartilaginis ensiformis ductæ, extremitas superior.
- E* Ejusdem incisionis, ad symphysis ossium pubis, extremitas inferior.
- F* Hepatis ligamentum falciforme, super faciem internam muscutorum abdominis, ad illius visceris fissuram, magnum inter lobum et parvum, protensum.
- GG* Arteria et vena epigastrica, in utroque muscutorum angulis inferioribus trans peritoneum sese projicientes.
- H* Hepatis lobus sinister, in parte summa regionis epigastricæ situs. Illius in superficie, arterie quædam parvæ, ex substantia illius glandulosa excurrentes, et in peritoneum quo vestitur diffusæ, delineantur.
- I* Omentum in regione epigastrica situm, intestinis tenuibus incumbens. Vasa quævis cera viridi coloris impleta, ob partem adipem cerni vix poterunt.
- K* Omenti pars inferior et media, ab utero antea elevata, que in plicaturas multas quasi minimas contracta jacuit et compressa.
- L* Omentum a latere dextro, post partem eam uteri, qua incipit tuba dextra, descendens.
- M* Omentum, quod in latere sinistro ante tubam fallopianam, &c. descenderat, securum positum, quo partes eæ in conspectum prodierunt.
- NN* Duo intestinorum tenuium gyri, quorum utrique, maxime autem inferior, omenti parte predicta tecti fuerant.
- O* Uterus, regionem totam umbilicalem et hypogastricam possidens. Superficies ejus vasorum ramulis tenuibus intertexta: horum pleraque venæ. Multa sanguine solummodo impleta, cadavere distans asserato, paulatim evanuerunt. Situs uteri paulo obliquus, et ad latus dextrum. Umbilicus parte qua stat hoc litera aliquanto altior fuit. Forma utriusquodammodo irregularis; alie ejus partes aliis eminentiores. Id ex eo ostendit, partim quod visceribus vicinis incumbens, præsertim ad fundum, se ad eorum formam fixerat; partim etiam quod contenta ejus formam irregularem præ se tulerant.
- P* Tumor ad latus sinistrum uteri, in ea scilicet parte cui media placenta interne adherescebat.
- Q* Uteri tumor in latere dextro, ubi fœtus nates jacebant, ubi etiam fœtum per substantiam ejus satis distincte tactu sentire licuit. Undique circum hanc partem uterus aliquanto depressus, et sacculi instar aqua repleti, tactum afficiebat.
- RR* Ligamenta rotunda. Sinistrum, propter uteri situm obliquum, dextro longius. Exitus amborum, angulis inferioribus integumentorum, &c. filo deductis, in conspectum veniebat. Que strictura ibi visetur, nihil aliud est, quam peritonæi in forma thebes duplicatio et protrusio, ea ligamenta per paululum spatii sequens, quæque ab eo peritonæi processu, funem spermaticum canis vel tauri comitante, gradu tantum differt.
- SS* Tubæ fallopianæ. In latere dextro, solum fere tubæ principium cernere licet, parte reliqua post uterum descendente. In latere sinistro, tubæ media pars sola in conspectum venit; tegitur enim ejus principium intestino ibi posito; finemque ejus, vel fimbrias, vasa spermatica occultant. Ea vasa, in latere sinistro, satis aperte conspiciuntur; spatium illud totum inter ligamentum rotundum et tubam occupant: vas parvum arteria; magnum ei adherens vena. Utræque ad uteri latas, in peritonæi duplicatione illa, que ligamentum latum appellatur, procedunt.

## TABULA II.

Constrictæ viscerum abdominis a latere dextro, partibus continentibus thoracis et hypochondrii ac maxima omenti parte sublatis.

- AA* Femora, ubi transverse scissa, linteis cooperta.
- B* Spina, supra diaphragma, transverse discissa.
- C* Costæ octavæ pars.
- DD* Integumenta et musculi, ad partem thoracis posteriorem, eo loco quo neglegenter sequentis erat truncus, rescissi.
- E* Muscutorum abdominis angulus inferior, in femur, ut in precedente figura, devolutus.
- F* Mons, ut dicitur, veneris pars, una cum musculus abdominis, devoluta.
- G* Ad sinistrum latas pars huc respondens.

## PLATE I.

THE first ten plates were made from the dissection of a woman, who died suddenly, in the end of her ninth month of pregnancy, in the year 1750. The arteries and the veins were injected with wax of different colours.

This plate represents the object, as it appeared when the abdomen was opened by a crucial incision, and the four angles of the containing parts turned outwards; the subject lying on its back, but so that the upper part of the trunk was considerably higher than the rest.

The thighs and podenda require no explanation: the latter of these were edematous in the subject, as they appear in this figure.

- AA* The forepart of the chest, just below the breasts, where the trunk was cut through, and which therefore terminates the figure above.
- BB* The two upper angles of the integuments, muscles, and peritoneum, turned back over the cartilaginous margin of the chest.
- CC* The two inferior angles, turned down over the groin, thigh, and anterior spine of the os ilium, on each side. In each of these, at its lower edge, and opposite to the middle of the thigh, a part may be observed to be stretched and puckered, where a thread was fixed, which pulled the flap down, in order more fully to expose the womb and adjacent parts.
- D* The upper end of the longitudinal incision, at the pit of the stomach, beginning just at the point of the ensiform cartilage.
- E* The lower end of the same incision carried down to the symphysis of the ossa pubis.
- F* The umbilical or falciform ligament of the liver, which runs upwards, on the inside of the abdominal muscles, to the fissure between the great and the small lobe of that viscus.
- GG* The epigastric artery and vein, projecting through the peritoneum, upon each of the lower angles of the muscles.
- H* The small lobe of the liver, situated in the highest part of the epigastric region. Upon its surface are represented some small arteries, which emerge from the glandular substance, and are diffused in the peritoneum that covers it.
- I* The omentum, spread over the small intestines in the epigastric region. The vessels of this part, though injected, were hardly visible, being obscured by fat.
- K* The lower and middle part of the omentum, which had been pushed up by the womb, and lay in numerous small folds pressed together.
- L* The omentum, in the right side, passing a little way down behind that part of the womb from which the right tube begins.
- M* The omentum, in the left side, which came down before the fallopian tube, &c. and which was thrown a little aside, that those parts might be seen.
- NN* Two turns of the small intestines; both of which, but especially the lower, were covered by the above-mentioned part of the omentum.
- O* The womb, possessing all the umbilical and hypogastric regions. Its surface is interspersed with a number of small vessels, the greater part of which are veins. They were filled with blood only, and therefore gradually disappeared after the subject had been preserved some time. Its situation is a little oblique, and towards the right side. The navel was a little higher than the part upon which this letter is placed. The form of the womb is a little irregular, at some places projecting more than at others. This seemed partly owing to its being moulded upon the neighbouring bowels, particularly at its fundus; and partly to its contents; whence,
- P* A swelling towards the left side of the womb, where the middle of the placenta adhered; and
- Q* A swelling on the right side of the womb, where the buttocks of the child lay; and where the child could be felt, pretty distinctly, through its substance. All around this part the womb was somewhat depressed, and felt like a bag of water.
- RR* The round ligaments. The left is longer than the right, because of the oblique situation of the womb. The exit of each was brought to view by drawing down the lower angles of the integuments, &c. with threads: and the appearance of a stricture there, was occasioned by a sheath-like doubling and protrusion of the peritoneum attending those ligaments some little way; which differed only in degree from that process of the peritoneum, which accompanies the spermatic rope in a dog or bull.
- SS* The fallopian tubes. In the right side, little more than the beginning of the tube is seen, the rest running down behind the womb. Of the left tube the middle part only is exposed: its beginning at the womb being concealed by the gut which lies upon that part, and the end or fimbriae being covered by the spermatic vessels. Those vessels are pretty distinctly seen in the left side; they fill up all the space between the round ligament and the tube: the small vessel is the artery, and the great, to which that clings, is the vein: both of them are passing up to the side of the womb, in that doubling of the peritoneum called the broad ligament.

## PLATE II.

A VIEW of the same object from the right side, after the upper abdominal flap and the containing parts of the right hypochondrium had been removed, that the whole mass of the abdominal viscera might appear in its natural situation, the subject lying on its back.

- AA* The thighs covered with a cloth where they had been cut through.
- B* The back-bone cut through above the diaphragm.
- C* Part of the eighth rib.
- DD* The integuments and muscles at the back part of the chest, cut rudely through in severing the trunk at that place.
- E* The inferior flap of the abdominal muscles, &c., turned down over the thigh, as in the preceding figure.
- F* Part of the mons veneris turned aside with the abdominal muscles.
- G* The respective part of the left side.



- H* Thoracis margo, ad latus scrobiculi cordis sinistram, peritoneo et musculus inversis tectus.
- I* Cartilago mucronata.
- KK* Costae inferiores, partesque eae continentes sectione longitudinali se junctae, adeo ut, si quae sectionem et scrobiculum cordis interjacerent remotis, viscera hypochondrii dextri sese viderentur.
- L* Pars ima atque posterior cavi dextri thoracis.
- M* Aorta descendens, eo loco, quo cadaver transverse dissecum fuerat, deligata; nec non, colorata cera impleta.
- N* Oesophagus ileum deligatus.
- O* Superficies superior convexa diaphragmatis; quod, pleura tectum, in situ suo naturali manet.
- P* Diaphragmatis centri tendinei pars quae in dextro latere sita est.
- Q* Venae cavae inferioris truncus, juxta diaphragmatis superficiem superiorem deligatus.
- RR* Pleurae sectae margo, loco quo reflexa de superficie superiori diaphragmatis faciem internam costarum contegebat.
- SS* Peritonei secti margo, loco quo scilicet a superficie diaphragmatis inferiori, membranae investientis more, ad faciem internam musculorum abdominis cursum tenebat.
- Superficies inter margines pleurae (*RR*) et peritonei (*SS*) connexio est diaphragmatis ex facie interna costarum disrupta.
- T* Facies interna musculi transversarii peritoneo tecta.
- U* Hepatis lobus magnus, vel dexter; in cujus crepidine, ex adverso literae *U*, exiguum videre est fossulam, quam vesicula felle figurae suae aptaverat, faciei internae hepatis hic loci apposita.
